

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

8. Dum intrà, &c. Modificatio & Declaratio Privilegiorum concessorum
Mendicantibus, aliisque Regularibus, eorumve Tertiariis anno 1516.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

firmitate alia roboratis Statutis & Consuetudinibus, Stabilimentis, Ufibus ac Privilegiis & Indul-
tis Apostolicis, & forsan sub quibusvis verborum
formis & clausulis, etiam derogatoriarum deroga-
toriis, fortioribus, efficacioribus & insolitis con-
cessis; quibus, etiam si de his, eorumque totis te-
noribus pro illorum sufficienti derogatione specia-
lis, specifica, expressa, seu quævis alia expressio
habenda foret, cum illis caveretur expresse, quod
illis nunquam censeretur derogatum, nec derogari
posse, nisi sub certis expressis modo & forma, ac
verborum expressione, vel nullo modo, tenores
eorum, ac si de verbo ad verbum præsentibus in-
sererentur, pro sufficienter expressis, & insertis ha-
berentur, (illis alias in suo robore permanuis) in
hac vice duntaxat, harum serie specialiter & ex-
presse, dicta auctoritate omnino derogamus, &
derogatum esse volumus, contrariis quibusunque,
aut si eisdem Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus,
Abbatissis, Prioribus, Priorissis, Præpositis, Ma-
gistris, Castellani, Bajulivis, Ordinibus, Militiis,
& personis vel quibusvis aliis, communiter vel
divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod ad fo-
lutionem aliquius decima minimè teneantur, &
quod ad id compelli aut interdic, suspendi vel
excommunicari, aut propterea Beneficiis privari,
seu extra vel ultra certa loca ad judicium trahi non
possint, per Litteras Apostolicas non facientes ple-
nam & expressam, ac de verbo ad verbum, de
indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis
Privilegiis, Indultis & Litteris Apostolicis, genera-
libus vel specialibus, quoruncunque tenorum ex-
stant, per quæ præsentibus non expresa, vel tota-
liter non inserta, effectus earum non impediti val-
leant quomodolibet, vel differri, & de quibus,
eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum spe-
cialis, specifica & expressa habenda sit in Nostris
Litteris mentio: quæ quoad præmisla cuiquam vo-
lunus nullatenus suffragari.

Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad
singula queque loca, quibus expediens foret, de-
ferri, volumus & auctoritate prædicta determinimus,
quod earundem literarum transumpsis manu ali-
cujus Notarii publici inde rogati subscriptis, &
sigillo aliquius ex collectoribus vel subcollectoribus
præfatis, seu substituendis, aut deputandis ab eis-
dem, vel aliquius Curia Ecclesiastica, seu Prælati,
aut alterius Personæ in Dignitate Ecclesiastica con-
stituta munitis, ea proflua fides indubia in judi-
cio & extra, aut alias ubilibet in omnibus & per
omnia adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur,
si essent exhibitæ vel ostendæ.

Nulli ergo omnino hominum licet, hanc pagi-
nam Nostræ Impositionis, Concessionis, Deroga-
tionis, Voluntatis & Decreti infringere, vel ei aufo-
temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei,
ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no-
verit incursum.

Datum Romæ Anno Incarnationis Dominicae
1516. sexto decimo Kal. Junii, Pontificatus No-
stri anno quarto.

VIII.
Actes &
titres du
Clergé de
France.
tom. 2.
p. 172.

Modificatio & Declaratio Privilegiorum concessio-
rum Mendicantibus, aliisque Regularibus, eorumve
Tertiariis.

LEO EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,
Sacro approbante Concilio.*

Dum intrâ mentis arcana revolvimus, & dili-
genti consideratione pensamus operosa solli-
cititudinis studia, continuosque labores pro Divina
Gloria, Exaltatione Catholicae Fidei, Ecclesie Uni-
tate servanda, & institutione, ac Salute Fidelium
Animarum, Coepiscopos, eorumque Superiorum, in
diversis partibus ad Regimen suarum Ecclesiarum a

Sede Apostolica constitutos, nec non per Fratres
diverforum Ordinum, præsertim Mendicantium, in-
defessæ, & indefiniter impensos, tanta, ex eorum
in vineâ Domini fructuosis operibus, & oportune
ac laudabiliter gestis, Cordi Nostro provenit fa-
tisfactio, ut his, quæ ad pacem & quietem inter
eos conservandam conducere cognoscimus, omni
studio intendamus.

Novimus enim Episcopos ipsos in partem sollici-
tudinis Nostræ assumpitos fuisse, quorum honor &
sublimitas, testante Ambroso, nullus potest com-
parisonibus adæquare. Religiosos etiam in Agro
Dominico pro Christianæ Religionis defensione &
ampliatione complura fecisse, ac uberes fructus pro-
tulisse, & in dies singulos proferre, ita ut eorum
dem Episcoporum ac Religioforum bonis operibus,
orthodoxam fidem incrementa sumpississe, & per
Orbem Terrarum undique dilatatum fuisse, Fide-
lium nullus ignoret. Et sicut ipsi sapienterum vi-
gilantissimæ & solerti curâ schismata in Dei Ecclesie
extinguere, & Ecclesie Unitatem reddere, & ut
eidem Ecclesie Pacis tranquillitas daretur, innumer-
os labores subire non dubitabant, ita quoque par-
est, eos inter se nostris provisionibus pacis vin-
culo, ac fraternali charitate, & unitate conjungi, ut
eorum concordi doctrinæ, & mutuis operibus ubi-
iores in Ecclesiâ Dei fructus proveniant.

Sanè cupientes, ut iura spiritualia, quæ ad Dei
Laudem, & Christi fidelium animarum salutem
pertinent, & quorum in exercitu pafatis Epi-
scopis, & eorum Superioribus in suis Diœcesibus
(cum ipsi in partem sollicitudinis, ut præfetur,
assumpti, ac Diœcesis distinctæ, & cuilibet eorum
dem Episcoporum assignates fuerunt) commissum
exitit, ut per ipsos Episcopos exerceantur, & jus
illa liberè exercendi, quantum fieri potest, eis illa-
sum præservesetur. Et si aliqua dictis Fratribus
Mendicantibus in eorumdem Episcoporum laetionem
per Romanos Pontifices, Prædeceßores Nostros, &
Sedem Apostolicam conceffa fuerint, concessiones
hujusmodi eisdem Religiosis factas, in subsequen-
tibus duxiimus moderandas, ut ipsi Fratres portius
ab eisdem Episcopis omni cum charitate foveantur,
quam aliquo modo molestenter & inquietentur.
Una enim est Regularium, Sæcularium, Prælatou-
rum & Subdiotorum exemplorum, & non exemptio-
rum Universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino
salvatur, eorumque omnium unus Dominus, una
Fides. Et propterea decet eos, qui ejusdem sunt
corporis, unius etiam esse voluntatis, & sicut Fratres
nexus invicem charitatis astricti sunt, sic non
convenit alterum in alterius injuriam, seu jacturam
profiliare, dicente Salvatore: Hoc est præceptum
meum, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos.

Ad conservandam igitur inter Episcopos, & eo-
rum Superiores, ac Prælatos, & Fratres hujus-
modi mutuam charitatem, & benevolentiam, di-
vini quoque cultus augmentum, pacemque, &
tranquillitatem Universalis Ecclesia status, quod
ita deinceps fieri posse cognovimus, si unicuique
quantus fieri potest, sua jurisdictione conserveret:
Sacro approbante Concilio statuimus, & ordina-
mus, quod Episcopi, & eorum Superiores, &
alii Prælati præfati, parochiales Ecclesias, ad eos-
dem Fratres ratione locorum suorum legitimè
spectantes, quoad ea, quæ ad Parochianorum cu-
ram, & Sacramentorum Conservationem, admi-
nistrationemque pertinent (sine tamen Visitato-
rum insolito gravamine, vel impensa) visitare, &
illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes,
si Religiosi fuerint, juxta ipsius Ordinis Re-
gularia instituta, intra septa regularis loci, Secu-
lares verò Presbyteros, & Fratres hujusmodi be-
neficia obtinentes, liberè tanquam suæ jurisdictione-
nis subjectos punire.

Ac tam Prælati, quæm Presbyteri Seculares,
qui vinculo excommunicationis ligati non fue-
rint, Missas in Ecclesiis domorum eorumdem
devotionis causa celebrare volentes, celebrare pos-
sint,

sint, ipsique Fratres tales celebrare volentes, libenter recipere debeant.

Ac ab eisdem Prælatis ad processiones solemnes pro tempore faciendas requisiſti (dummodo eorum loca suburbana ultra unum milliare à Civitatibus respectivè non sint remota) accedere.

Nec non Superioris corundem Fratrum, Fratres, quos ad audiendas Confessiones subditorum eorundem Prælatorum tempore elegerint, eisdem Prælatis personaliter exhibere, ac præsentare (si eos sibi exhiberi, & præfentari petierint) alioquin eorum Vicariis (dummodo ad Prælatos ultra duas Dietas accedere non cogantur) omnino teneantur. Possintque illi per eosdem Episcopos & Prælatos super sufficientia litteratura, & aliqua saltem hujusmodi Sacramenti peritia duntaxat examinari. Talibusque præsentatis admisisse, vel etiam indebet recusatis confitentes, Constitutioni, quæ incipit, *Omnis Utirusque Sexus*, quoad Confessionem duntaxat satisfecisse censeantur.

Ipsique Fratres etiam Forensium Confessiones audire valeant, Laicos tamen, & Clericos Seculares à Sententiis ab Homine lati nullatenus absolvere possint. Eucharistiae verò, & extrema Unctionis, aliaque Ecclesiastica Sacraenta, illis quorum, etiam Infirmorum, ac decadentium, Confessiones audierint, dicentibus, proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitimâ causa facta, Vicinorum testimonio probata, aut requisitus coram Notario publico facta doceretur. Eorumdem verò Fratrum obsequio infestis, Sacraenta hujusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum dante obsequio.

Paœta autem, & Conventiones inter eosdem Fratres, & Prælatos, atque Curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsequutum proximum Capitulum generale, vel provinciale, refutata, ac per eos refutatio hujusmodi intimata, debito tempore fuerint.

Parochias autem cum cruce ad levanda funera eorum, qui apud Ecclesias Domorum & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius præmonito, & requisito, ac non recusante Parochiano Presbytero, & tunc sine ejus, ac Ordinarii præjudicio, nisi eisdem Fratibus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi observantia, & cum pacifica posseſſione suffragetur.

Volentes quoque sepeliri in habitu eorumdem Fratrum, in Clauſtro non degentes, sed in propriis domibus habitantes, in eorum ultima voluntate sepulturam sibi eligere possint.

Quodque Fratres ipsi ad Ordines promovendi per Ordinarios de Grammatica, & sufficientia examinari, & dummodo competenter respondent, per eosdem Ordinarios liberè admitti, ac nullatenus in eorum Ecclesias seu domibus, aut aliis eorum locis, ab alio, quam à Diœcесano Episcopo vel ejus Vicario, super hoc cum debita reverentia requisito, absque rationabili cauſa contradicente, vel eō à Diœcесi absente, ad dictos Ordines promoveri debeant.

Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris, aut Cœmeterii Benedictionem petere, seu in Ecclesiis per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi ubi Ordinarius, bis aut ter cum debitiss reverentia & instantia requisitus, sine legitima cauſa id recusaverit.

Et absque Curarorum consensu sponsum & sponsam benedicere nequeant.

Et ut debitus honor Matri Ecclesiæ reddatur, tam ipsi Fratres, quæcunque ali Clerici Sæculares, etiam super hoc Apoſtolicas Sedis privilegio muniti, die Sabbati majoris hebdomadæ, antequam Campana Cathedralis, vel Matris Ecclesiæ pulsaverit, Campanam in Ecclesiis suis pulsare minime possint,

contraſacientes pœnam centum Ducatorum incurant.

Censuras autem per eosdem Ordinarios latae, & promulgatas, ac in Matrici Ecclesia Civitatum, nec non in Collegiatis, & Parochialibus Ecclesiis Caſtorum, & Oppidorum respectivè ſolemniiter publicatas, quando super hoc ab eisdem Ordinariis requisiti fuerint, in Ecclesiis domorum suarum publicare, ac servare.

Et ut animarum Utriusque Sexus Christi Fideiſum ſaluti uberiori conſulatur, illos, quorum Confessiones pro tempore audierint, cujuscunq; ſtatus, & conditionis fuerint, ad ſolvendum decimas, ſive aliam bonorum, ſeu fructuum quantum, in locis in quibus Decimæ ipsa, aut ſimilia ſolvi conſueverunt, etiam ſub onere conſcienciarum fuarum monere, & hortari, ipsique etiam illos ſolvere recufantibus abſolutionem denegare, & ſuper hoc requisiti, id Populo etiam publicè prædicare, & persuadere teneantur.

Conſervatores autem eisdem Fratribus pro tempore à Sede Apoſtolicâ deputandi, doctrinâ, & probitate præſtantes & in Ecclesiastica dignitate conſtituti eſſe debeant, & coram eis per eosdem Fratres, quibus dati fuerint, ultrà duas dietas à loco ſuæ ſolitæ habitationis nullus trahi poſſit, privilegiis ſuper hoc aliās eis confeſſis, nullatenus ſuffragantibus.

Excommunicati quoque Ordinem Mendicantium proferi volentes, ubi de interefſe Tertiī age-reetur, absolvī non poſſint, niſi prævia ſatiſfactione. Procuratores quoque, & negotiorum geſtores, ac operarii, eorundem Fratrum ſervitū inſiſtent, ſententiis excommunicationis promulgatis illaqueati ſint, & eſſe ceneſantur, fi illis cauſam dederint, aut dantibus conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterint.

Fratres autem, & Sorores tertii Ordinis, nec non Mantellati, Corrigati, Pizocatæ, Cordellati, & alii quoconq; nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, ſepulturam ubi voluerint elige valeant: Sed die Paſchatis tantum Eucharitiam, nec non extrema Unctionem, cæteraque Ecclesiastica Sacraenta (Poenitentiae Sacramento duntaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ Laicis incumbunt, perferenda teneantur, ac in foro Seculari coram Judicibus Secularibus conveniri poſſint. Et ne cenſura vilescat Ecclesiastica, & minoris auſtoritatis interdicti ſententiā reputetur, iidem dieti tertii Ordinis ad divina audienda, in Ecclesiis ſuorum Ordinum, tempore interdicti nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſi nutriant, ſeu fovent, aut dantibus, auxilium, vel favorem quoquomo præſtiterint.

Collegialiter autem viventes, ſeu cum Clauſtribus habitantes, ac Mulieres Virginalem, ſeu cælibem, aut caltam vidualem, expreſſo voto, & ſub dieti habitu vitam ducentes, privilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius tertia regulæ habitum geſtant, gaudere debeant. Omnia etiam, & ſingula ſupradicta ad reliquos Religiosos, Ordinum quorūcumque extendi, & per eos etiam ſervari debere volumus, arque decernimus. Salvis tamen in reliquis defupere non expreſſis, tam Epifcoporum, quam Fratrum, & aliorum Religioſorum prædictorum juribus, quibus per premissa in aliquo præjudicare, ſeu quicquam innovare non intendimus.

Non obſtantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Statutis, & confuetudinibus diectorum Ordinum, juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis contra premissa, ſeu aliquod præmisforum, eisdem Ordinibus conceſſis, etiam in Mari magno contentis, quibus (etiamſi ad illorum derogationem de eis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de-

ANNO
1517.

LEO DECIMUS.

ANNO 38

1516.
& 1517.

verbo ad verbum, non autem per clausulas gene-
rales idem importantes, mentio, seu quævis alia
expresio habenda, aut aliqua alia exquisita for-
ma servanda esset, illorumque tenores præsentibus
sufficienter exprefis, & infertis habentes) speciali-
ter, & exprefse derogamus, ceterisque contrariis
quibuscumque. Decernentes ex nunc irritum, &
inanè si fecus super his à quoquam, quâvis auto-
ritate, scienter vel ignoranter, contigerit atten-
tari.

Eosdem insuper Fratres in virtute Sanctæ obe-
dientiæ monemus, ut eosdem Episcopos loco San-
ctorum Apostolorum subrogatos pro debita, &
nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentiâ, congruo
honore, & convenienti obseruantia venerentur.
Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per vicera
misericordiæ Dei nostri requirimus, ut Fratres
ipsos affectu benevolo profequentes, charitatib[us]
trahtent, ac benignè soveant, seque illis minimè
difficiles, duros, vel moros, sed potius faciles,
mites, proprios, piaque munificientiæ liberales
exhibeant, ac in omnibus prædictis, tanquam in
agro Dominico cooperatores, eorumque laboris
participes, prompta benignitate recipiant, eorum-
que jura omni cum charitate custodian, atque
defendant, ut tam Episcopi, quam Fratres præ-
fati (quorum opere, veluti Lucernæ ardentes supra
montem posita, omnibus Christi Fidelibus lumen
præbere debent) ad Dei laudem, Fidei Catholi-
cæ exaltationem, populorumque Salutem, de
virtute in virtutem proficiant, ac exinde à largis-
simō honorum omnium retributore Domino
perennis vite præmium consequi mereantur.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
nam nostrorum Statuti, ordinationis, voluntatis,
derogationis, decreti, monitionis, exhortationis,
& requisitionis infringere, vel ei aucti temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præsum-
ferit, indignationem Omnipotens Dei, ac Bea-
torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se nove-
rit incursum.

Datum Romæ, in publica Sessione, in Latera-
nenſi Sacrofæcta Bafilica, solemniter celebrata,
Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quin-
gentesimo ſexto-decimo, decimo-quarto Kal. Ja-
nuarii, Pontificatus nostri anno quarto.

IX.
Ex exem-
plari jufu
Abbatis
Rodolphi
edito.

Bulla plenissimæ Indulgencie pro fabrica Bafilice
Principis Apostolorum de Urbe, noviter ema-
nata à Sede Apostolica: anno 1517.

LEO EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, Universis Christi Fidelibus
præſentes litteras inspecturis, Salutem & Apo-
ſtolicam benedictionem.

Postquam ad Apostolatus apicem, meritis licet
imparibus, divinâ favente clementiâ alſumpti
fuimus; inter cetera, quæ nobis affiduè medi-
tanda, & ſollicitè exequenda ex iis, quæ etiam
in minoribus conſtituit toto cordis affectu cupie-
ramus; ſece nobis reddiderunt ſalutis animarum,
Christi Fidelium cura, & abſolutio fabricæ Bafili-
cæ Principis Apostolorum de Urbe. Illa enim &
boni Paſtoris præcipua, & ad cœleſtem ualum ex-
colendam, & gregem ſibi commiſſum ſalvandum:
Iſta ad Ecclefiam, quæ caput Ecclesiārum omnium, in
qua Apostolicæ Sedi ſolum collocatur, exiſtit,
reintegrandam perneceſſaria dignofcuntur: Quibus
felicis recordacionis Julius Papa Secundus, Præ-
deceſſor noster affiduè invigilans, ut utrumque ſi-
mul efficeret, ad invitandum Christi Fideles ad pie-
tatis opera, & ad porrigenum ipſi fabricæ ma-
nus adjutrices, plenariam indulgentiam, & plura
Spiritualia dona concesſit.

Nos igitur ejusdem Prædeceſſoris veftiq[ue] in-
haerentes, cum omnibus Christianæ Fidei culto-

ribus liqueat, B. Petrum ab ipſo Salvatore noſtro
Domino Iesu Christo, Apostolorum Principem
fuſſe conſtitutum, eique folvendi atque ligandi
animas, celeſti privilegio traditam eſſe potestatem,
cum ei dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc Pe-
tram edificabo Ecclefiam meam, & tibi dabo cla-
ves regni celorum: Et quodcumque ligaveris ſuper
terrā, erit ligatum & in celis; & quodcumque
ſolvetur ſuper terrā, erit ſolutum & in celis.

Qui etiam, licet imparibus, ut præfetur, me-
ritis, ejusdem celorum Clavigeri Succelfores effe-
cti fumus, & ejus loco in Sancta Dei Ecclesia re-
ſidemus, conſiderantes, quod eſi diſſuſis per or-
bem terrarum Ecclefias ex injuncto nobis à Deo
Apostolatū ſuſſis provideſſe tenemur, ut Eccle-
ſiae ipſae, quæ domus Dei ſunt, in ſuis ſtructuris
& ædificiis non ſolum conſtruantur, ſed & ſi opus
uerit reparentur. Circa tamen Bafilicam B. Petri
Principis Apostolorum de Urbe huiusmodi ma-
jorem curam & diligētiam adhibere nos conuenit;
ut ſicut ipſe B. Petrus ab ipſo Salvatore noſtro
Princeps Apostolorum eſt conſtitutus, ita etiam
iphius Bafilica, que per præfatum Prædeceſſorem,
ut nova reaſſificaretur, pro majori parte demolita
fuit, maxima indige reaſſificatione inter ceteras
Urbis & Orbis Ecclefias, ut congruentibus, ac etiam
necessariis ædificiis reaſſificetur, inſtruantur, am-
plietur, ac reaſſificata, conſtruta, & ampliata
conſeruentur. Cognocentes igitur, ad tanta fa-
bricae abſolutionem facultates S. Matris Ecclefiae,
necessariis quamplurimiſis gravatae impenſis, non
ſufficere, & fabricam ipſam ad finem optatum,
absque piis & largis Christi Fidelium ergotionib[us]
perduci non poſſe, Cunctorum Christi Fide-
lium Salutem (& præcipue illorum, qui in viginti
quinque Provinciis, in quibus Minister generalis
Ordinis Fratrum Minorum Regularis obſeruant[ur]
nuncupatorum, citra montes exiſtit; juxta
morem dicti Ordinis numerandis, & ſub quibus
etiam tota Italia, Sicilia ultra Pharum, Corsica,
Creta, Cyprus, Rhodus, usque ad Jerosolymam,
Dalmatia, Croatia, Boſnia, Hungaria, Austria,
Bohemia, & Polonia, excepta tantum Provin-
ciâ Archiepiscopi Gnezenſis, ac etiam Inſule Ma-
ris Mediterranei continentur, degunt) affectantes,
ac conſiderantes, quod licet Christi Fideles ipſi
in dictis Provinciis, & Inſulis habitantes, devotè
cuperent indulgentiarum, pro dicta fabrica conce-
ſarum, particeps fieri; tamen quoniam ob loco-
rum diſtantiam personaliter ad dictam fabricam fe-
conferdi, aut per alios pias elemofinas, pro
huiusmodi fabrica in Capſam ad id deputatam trans-
mittendi, omnimodam comoditatē non habent; pa-
terni animarum ſuarum ſalutis, & dicta fabri-
cae opportuna subventione confulere cupientes,
Salvatoris nostri (qui ad diversas mundi partes ad
predicandum S. Evangelium, ut animas Patri lu-
cifaceret, ſuos Apoftolos mihi) quantum ex alto
concedit, exempla ſectantes, de Omnipotens Dei
Mifericordia ac B. Petri & Pauli Apostolorum
ejus, & omnium Sanctorum meritis confisi, ex
certa ſcientia ac de Apostolicæ potestatis plenitu-
dine, Universis Christi Fidelibus utriusque ſexus,
cujiuscumque status, dignitatis, gradusque, or-
dinis, conditionis, & præminentiae exiſtentibus,
etiam Ecclefiaſiſis, Religioſis Ordinum quoru-
mumque, ac aliis Saecularibus per universas Pro-
vincias (excepta tantum prædicatâ Gnezenſi) &
Inſulis prædictas conſtitutis, & ad illas undecim
que venientibus, verè penitentibus, & confessis,
(qui inſra annum à publicatione præſentium litterarum
noſtrarum facienda computandum, & ut
sequitur terminandum, & deinde ad beneplacitum
noſtrum, Ecclefias in dictis Provinciis & Inſulis,
quarum dilectus Filius noster Christopherus de
Forlivio tituli S. Mariae in Arâ Celi Presbyter
Cardinalis, qui etiam diſti Ordinis Minifter gene-
ralis exiſtit, ei quem nuper propter vite integrati-
tatem, ac laudabiles mores ad Cardinalatū ho-

norem